




17



(3)

STATERA

I V R I S

EXTEMPORANEA.

STATERA

IVRS

EXTEMPORANEA.

I

STATERA IVRIS EXTEMPORANEA,
Cuius recta lance valor, & vis totius sortiti Inst.
tit. De Adēptione Legatorū, & translatione,
sequentium Theorematum pondere
æstimantur.

I. THEOREMA.

CVM ambulatoria hominum voluntas esset, vsq; ad vltimum vitæ spiritū. (a) liberrima omnib⁹ facultas erat, vt quod alicui semel legassent, (b) aut verbis, siue directò cōtrarijs, (c) siue alijs quibuscumque adimerēt, ex quibus apertè prioris eos volūtatū pœnituisse intelligeretur: (d) Vndè si legatum purè Titio datū est, eidem sub conditione adimi potest; at si pendēte ea Titius decessisset, quāvis cōditio defecerit ad hæredē Titij legatū nō pertinebit, nam legatum, cū sub cōditione illi adimitur, perinde est, ac si sub contraria conditione datū esset; (e) secus si in pœnā ademptio fuisset; (f) vel huiusmodi: Titio fundum, quem prius purè & deinde sub conditione legavi hæres meus ne dato; (g) aut denique si legatum purè inutilitè datum erat: (h) Ademptio autem, quo minus, non quo magis Legatum debeat intervenit.

(a) *Leg. quod si horum 4. D. de adimend. vel transferen.*

(b) *Passim D. ill. tit. Hotom. in Cōment. de verb. iur. verb. adēptio.*

(c) *L. fundo 2. D. ill. tit.*

(d) *Arg. text. in l. Divi Severus 13. D. ill. tit. cui non obst. L. 3. §. 1. ad Silan. Gotofred. in d. L. 13 L. C. A. Gomez L. 1. variar. cap. 12. n. 56. Arnold. Vin. adn. tit. in princip.*

(e) *L. si Legatū 10 D. de adim. L. aliquando 107. D. de C. & D. L. quod purè 6. D. quand. dies. Legat. Acosta L. 1. select. c. 23. n. 6. D. Ioan. del Castillo de comect. & interpr. ult. volunt. l. 4. c. 56. n. 21. Oroz. de apicibus jur. l. 1. cap. 10. n. 6. Ramos ad ll. Iul. & Pap. l. 4. reliq. 37. n. 9.*

(f) *Arg. L. uxorem, §. hæres de leg. 3. Idem Acosta l. 1. select. interpr. cap. 13. nu. 4. Vigel. p. 2. l. 12. meth. jur. Civil. cap. 7.*

(g) *Leg. 3. §. si Titio 8. D. de adimend. legat.*

(h) *L. Legata 12. D. ill. tit.*

(a) *Ulpian. tit. 24 §. 27. L. si quis cum 16. D. de vulg. & pup. & pass. n. D. n. tit. Paul. de Castro in L. datū 17. C. de leg. Spino in spec. testam. glos. 36. de Codicil. Duare in l. 14. D. de legat. 1. Petrus Gregorius. 42. Sintagmat. jur. 33.*

(b) *Arg. text. in L. 4. §. 10. D. de dol. mal. & met. excep. L. si jure 18. D. de leg. 3. junctā L. libertus 29. D. de adim. leg. Ioann. Fab. adn. Instit. tit. num. 3.*

(c) *L. Legatum 24. D. ill. tit. L. fundum 3 §. minor D. de fund. inst. vel instrum. Petr. Peralt. in Comm. ad tit. de leg. 2. in Leg. qui testamento, num. 6.*

(d) *L. Servum filij 44. §. si idem Servus 7. D. de legat. 1.*

(e) *L. fin §. 1. D. de vulg. & pup. junctā L. inuitus 34. §. fin. D. de fideicom. libert. ubi sententiā Sabini Pōponius refert, at nō probat, ut moris est in L. 1. §. 10. de Dot. praleg.*

(a) *Arg. text. in L. fideicom. 11. §. 13. D. de leg. 3. L. Seia 6. §. 1. D. de aur. & arg. legat. L. Generali 32. §. 1. D. de vsu. & vsufr. leg. L. si mihi, §. fin. de leg. 1. L. si pluribus 33. D. eod. L. cum questio 23. C. de legat. cum alijs leg. quas ex asse colligit Vigel. ubi sup.*

(b) *Arg. text. in L. 4. D. de rebus dub. L. 2. D. de hijs quæ pro non.*

L.

II. THEOREMA.

ADempcione Legati, sive eodem Testamento, sive Codicilis confirmatis facta ipso jure Legatum extinguitur; (a) non autem confirmatis propter Defuncti voluntatem adimendi Legatum tuitione Prætoris, opposita petenti Doli mali exceptione Legatum enervatur; (b) Itaque si Pater hortos instructos filix suæ legasset, & postea ex illorum mancipijs quædam manumisserit, cum vlla ex causa ad libertatem hij non convollasset; quia minuisse Legatum filix Pater intelligitur, posterior voluntas Legato filix exceptionis ope potior erit; (c) Sed contra esset, si idem Servus simul, & Legatus, & liber esse iustus sit, (d) nam alterum ex hijs Testator substinere voluit. (e)

III. THEOREMA.

QVA Propter exceptionis ope Legata elidi solent, quæ voluntate Testatoris tacita adimuntur; (a) nā si duobus hominibus eiusdem nominis fuerit Legatum, puta Sempronijs mox Sempronio ademptum sit; interdum etsi obscura pro non scriptis habeatur; (b) Verius puto, si duobus Sempronijs cōiunctim lega-

re;

retur, ademptionem in utrūque valere, (c) quos enim coniunxit in dando, & in adimēdo Testator coniunxisse videtur; at si illis separatim legasset, & vni ademerit, nec appareat cui ademptum sit, vtri Legatum debetur, (d) quemadmodum, & in dando si non appareat, neutri legatum dicimus. (e)

IV. THEOREMA.

PRæterea alienatione totius rei Legatæ, aut partis, nulla necessitate facta, quātū alienetur Legato, sæpè detractum est, (a) licet rei alienate ademptio, quandoque utilis sit, nam si Servo cum libertate legaretur, & postea alienatus esset, libertas, ac Legatum utiliter adimantur, non solum, vt Legatum ad emptorem non perveniret; sed quia Legatū, & libertas procedere possent, si Servus redimatur; (b) secus cum is Legatus esset, & eidem Servo legatum erat; nam si inter vivos manumiteretur, nullius postea momenti Legati Servo relicti ademptio esset; quia etsi rursus in servitutem reciderit, idem Servus Legatus non debetur, cum in vtroque casu novus homo esse censeatur. (c)

(c) *L. si fuerit 10. vers. Si duobus, D. de reb. dub. I. Cujat. in L. 31. §. 1. D. de leg. 1. aliter Bartolus in L. 3. §. 7. de adimen. & aliter Ant. Fab. l. 20. coniect. cap. 4.*

(d) *D. L. 3 §. si duobus Titij 7.*

(e) *Ex vulg. text. in l. Duo sunt Titij de Testam Tut. L. in tempus, §. 1. D. de hered. instit. cum Bartol. in dict. l. 10. de rebus dub.*

(a) *L. rem legatam 18. D. de leg. 1. L. 1. & tribus seqq. D. de pecul. L. 62. & seq. de legat. 1. §. si rem suam 12. Instit. de legat. 1. Menoch. de præsumpt. l. 4. præsumpt. 167. per tot Cardin. Thusc. præct. conclus. jur. tom. 5. lit. L. concl. 137. Franc. Mantica lib. 12. de coniect. ultim. volunt. tit. 6. per totum. Donel. lib. 8. Comm. cap. 17. cum pluribus. Don Ioann. del Castillo de coniect. & interpret. ultim. volunt. lib. 5. cap. 113. num. 9.*

(b) *L. si Servo 26. cum seq. D. de adimend. legat.*

(c) *D. L. 27 §. 1. junctā L. 98. §. aream, vers. Nec admissū, D. de solut. dissentit Celsus in L. 79. §. ult. de leg. 3. ex ratione d. L. 27. §. 1. quidquid sentiat Osuald. ad Donel. vt sup. lit. K.*

- (a) *Vinn ad §. 1. n. tit.*
 (b) *L. Gaius 13. D. de alim. & cibar. legat. L. Legatum 95. D. de condit. & demonstr. juncta L. si à te 27. D. de hered. instit. L. 28. D. de adimend. legat.*
 (c) *L. 6. D. de adimend. legat.*
 (d) *L. filie sue 28. §. 1. D. de condit. & demonstr. cū plurib. Steph. Gratian discept. Forēs. c. 251. ex n. 11. quo cōsiliādi sunt text. in L. 4. 4. §. si pocula 2. D. de leg. 1. L. questum 77. §. 4. D. de leg. 3. cū L. lana 88. D. eod. junct. L. quintus Mucius 27. §. 3. D. de arr. & arg. legat.*
 (e) *L. quod si alij 7. cum seq. D. de adimend. legat.*
 (f) *Plena manu D. Io. del Castillo ut sup. L. 4. cap. 56. ex nu. 21.*
 (g) *L. non ad ea 89. D. de condit. & demonstrat.*

(a) *Bachov. in not. ad Vesemb. ad tit. de adimen. leg. & ad Trl. de leg. th. 4. lit. F.*

(b) *I. Cujat. 22. observat. 1. Retes. L. 4. opusc. ad L. ult. §. 1. D. de bis que ut indig. ex num. 8.*

(c) *L. penult. §. Matri sue, D. de adim. leg. que non obst. cū parū tri to text. in L. cum quis 37. §. 1. D. de leg. 3. V. Ret. ut sup. num. 10.*

Arg.

V. THEOREMA.

Legata quoque propter trāslationem nuda voluntate tolluntur, quod quinque modis fieri solet; (a) aut enim Legatum à Persona, in Personā trāsferitur, & eisdem sæpè cōditionibus, nisi aliud Testator voluit; (b) aut ab eo qui dare iustus est, trāsferitur, ut alius det; (c) aut cum res pro re datur, vel aperte; aut tacitè, cū species legata voluntate Testatoris in aliā subrogari intelligitur; (d) aut quod purè datum est, sub conditione alteri datur, quo non plenè recessum à primo videtur, nisi eo animo Testator fuerit; (e) idèdque primū Legatum purum remanet, licèt revocationi obnoxium; (f) aut tandem quod prius sub conditione datum erat, deindè purè alij legatur. (g)

VI. THEOREMA.


TAndem [pro superpondio accedit] quæstio elegans, ac difficilis est; an si Testator Legatarium fideicommissò gravasset, & postea fideicommissum ademerit, Legatum extinctum esse videatur? (a) Alteri Legatum etiam censeri ademptum putant, si Testator rem Legatam per fideicommissum alij reliquerit:

rit: (b) Quamvis Legatarius, et si non petitionem, (c) saltem adempti postea fideicommissi retentionem habere posset: (d) Alteri autem, & relicione, & ademptione fideicommissi facta, Legatum peti posse autumant: (e) Sed inter has Interpretum digladiantium sententias, sub ancipiti Consilij lance erimus, (f) donec res in Palæstra suscitabitur.

(d) *Arg. text in L penult. §. 13. D. de legat. 2.*

(e) *Ant. Fab L. 3. coniect. cap. 18. per tot. Hillig. Osuald. ad H. Donel. L. 8. Com. cap. 17. lit. B.*

(f) *Ex ratione text in L alumna 30. §. 2. D. de adimend. legat. junctis L. si quis cum 37. D. de condit. & demonstrat. L. Iulianus 60. D. de legat. 2. L. fin § fin. D. de aur. & arg. legat.*



Propugnabit D. MICHAEL ANTONIVS SERAL,
& SANCHO: Præerit D. ÆGIDIVS LISSA, ET DE
GVEBARA, I.V.D. Palæstræ locus Cæsar-Augustanæ
Academix Claustrû Dies statuta XII. Decembris,
Anni M. DC. LXXXII. Hora II.
post meridiem.

CÆSAR - AVGVSTÆ:

Apud hæredes Petri Lanaja, & Lamarca, Regni Aragonum,
& Vniuersitatis, Typog.

8
30